



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 105. Galliarum Rex a Lucensibus & Pisanis receptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1494.

## §. CV.

*Galliarum Rex a Lucenſibus &  
Pisanis receptus.*

Cum Calabriæ Dux unicus Alphonsi *Surita c. 36.*

Filius Faventiae, ad cuius urbis mœnia fese receperat, haud ultra tutus *Burchard. lib. 2.*  
effet, Albiuio camporum planitem cede-*num. 104.*  
bat, suasque copias versus Cesenam *Comm. l. 7.*  
to pedum studio Neapolim reducebat. *c. 7. p. 37.*

Præterea Fridericus Arragonius, qui Regis Neapolitani fratris sui classi imperabat, Liburni portu excedere, atque in altum profugere compulsus est, ne quidem ad ullum Ecclesiasticæ ditionis portum adpellere ausus. Tunc demum cæptis Caroli consiliis, armorumque progressibus fortuna undique adspirare videbatur, qui die octava Novembris Lucam delatus, velut urbis hujus Princeps, ac Rector, summis honoribus excipitur, inde Pisas contendens, festivis civium acclamationibus salutatur; sibi enim Pisanii gratulabantur oblatam occasionem, qua tandem Florentinorum, sub quorum dominatu per octoginta sex annos gembant, jugum excutere possent; eorum enim urbs olim ad Reipublicæ normam regebatur, omni felicitatum genere cumulatissima, postea vero intestinis Appianorum, & Vice-Comitum dissidiis in varias factio-

Sæcul.XV. factiones scissa atque Appianorum impe-  
A. C. 1494. rio subiecta fuit, donec Vice-Comites his  
 potentia superiores Rempublicam subju-  
 gassent, eandemque Mediolanensi Ducatu  
 adjunxit, quam tamen denuo ab-  
 straxit Joannes Galeatius, illam ce-  
 dens Gabrieli Galeatio Notho ejus filio,  
 qui cum hostibus suis resistendo impar-  
 esset, urbem hanc Florentinorum arbitrio  
 reliquit, sub quorum jugo Pisani longo  
 annorum intervallo lugere compulsi sunt.  
 Post hæc vero Ludovicus urbem recu-  
 perandi cupiditate stimulatus, unicum in  
 seditione remedium quaerebat, unde op-  
 portunitate temporis usus, Galeatum  
 Sansaverinatem, qui notham Ludovici  
 filiam conjugem habebat, ad Pisanos ab-  
 legat, eo consilio, ut civibus exponeret,  
 jam satis diuturna servitute oppressos  
 fuisse, nunc tandem facillimam illis offer-  
 ri occasionem, qua servilis jugi vincula,  
 si vellent, disrumpere possent, nam Ca-  
 rolum VIII. eorum libertatem summis  
 votis exoptare, non equidem eum aper-  
 tis id testari argumentis, præpediente  
 foedere nuperrime cum Florentinis inito,  
 re tamen ipsa illum maxime gavisurum,  
 si Pisani Respublica hoc servitutis  
 jugum a se depelleret, quin tamen palam  
 fieret, quod ipse suam hac in re ope-  
 ram contulisset.

§. CVI.